



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Roberto Bellarmini Politani, Societatis Iesu, S. R. E.  
Cardinalis, Institutiones linguæ Hebraicæ**

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**[Genf], 1619**

De inuestigatione Thematis, & vsu Dictionarij. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69647](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69647)

est in Sacris libris.

8 ה pro ה, ut שבת וי vesciavath, & reuertetur. Hoc in fœmininis frequentissimum est, quum regimen pro absoluto adhibetur. Verùm hæc fusiùs hoc loco persequi non est necesse.

## CAPVT III.

De inuestigatione radicis, siue Thematicis, & vsu Dictionarij.

**D**ictionaria Hebræorum non continent ordine alphabetico nomina, verba, ac ceteras dictiones omnes, sed solum themata, siue radices, quibus subiiciunt eas omnes voces quæ ab illis deriuantur. Vt igitur quocunq; vocabulo oblato radicem ejus inuestigare possimus, primùm mandanda est memoriæ diuisio literarũ in vndecim radicales suis vocibus comprehensas וסח טז ועף קצר katzar zanghap ghet chesed, & vndecim serviles איתן

משה וכלב איתן *Moscie vechalev eran:*  
 quam diuisionem capite superiore  
 tradidimus. Deinde sciendum est, ex  
 vndecim seruilibus quatuor esse, que  
 etsi initio dictionis aliquando ser-  
 uiant, tamen in medio ac fine, sem-  
 per sunt radicales, videlicet, שאלב *el-*  
*basc.* Item alias quatuor in principio,  
 & fine dictionis non raro seruire: in  
 medio autem semper ad radicem per-  
 tinere, videlicet מנכה *menocha.* Deni-  
 que reliquas tres תוי *tevi,* vbique radi-  
 cales & seruales esse posse.

2 Quibus obseruatis, oblata voce,  
 cujus radicem quærimus, initio re-  
 mouendæ sunt omnes literæ serui-  
 les, & siquidem remanent literæ tres  
 radicales, ex sine dubio radicem ef-  
 ficiunt. Quòd si seruilibus remotis  
 non remanent tres literæ radicales,  
 videndū est an è seruilibus ejusdem  
 vocis aliqua sint de numero earum,  
 quæ sunt semper de themate. At si

ne hoc quidē modo inuenietur the-  
ma, expendendum erit, num forte  
reliquæ literæ dictionis eiusdem, quæ  
tum radicales, tum seruales esse pos-  
sunt, in ea dictione sint radicales. Si  
denique constet, eas non esse vllō  
modo radicales, apparebit vocem  
ex imperfectis esse, hoc est ex quie-  
scentibus, vel defectiuis, & idcirco  
præponendum erit initio Nun, aut  
Iod: vel inserendum in medio Vau,  
aut Iod: vel ad finem addendum He  
aut Nun: aut certè secunda litera du-  
plicanda.

## CAPVT IIII.

*De Syntaxi.*

Quoniam ea, quæ ad con-  
structionem pertinent, sūt  
ferè omnia Hebraicæ lin-  
guæ cū cæteris cōmunia: &  
vfu, ac lectione scripturarum facile  
percipi possūt: rē totam paucis com-  
ple-